



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Thronus Dei Maria Deipara

**Spinelli, Pietro Antonio**

**Coloniæ Agrippinæ, 1696**

Virginis Deiparæ in filii Passione vicinitas, & de gladio doloris, qui eo tempore ipsius animam pertransivit, cap. 10

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

VIRGINIS DEIPARÆ FI-  
lij Passione vicinitas, & de gladio do-  
loris, qui eo tempore ipsius ani-  
mam pertransi-  
uit.

CAPVT X.



ERTIA Virginis vicinitas  
cum Christo spectatur in eius  
passione: eo praesertim tem-  
pore, quo fortitudine plusquã  
vili stabat, vt ait Ioannea, iu-  
xta crucem Iesu, eiq;

materno  
compatiebatur affectu, quando & ipsius a-  
nimam, iuxta Simeonis vaticinium doloris  
gladius pertransiuit. Quod pulchre expendunt  
complures ex Patribus, quorum aliquos af-  
ferre non grauiabimur, vt intelligamus quantũ  
ex Christi cruciatibus, cui patienti, ac morien-  
ti afficit, animo dolorem hauserit, quantumq;  
ei corde compassa fuerit, si quidem hoc etiam  
ad eximiam Virginis laudem spectat: Etenim  
erit (inquit Simeon Metaphrastes orat, de  
vita, & dorm. Deiparæ) inter Virginis magnalia,  
& praelara, si ostenderimus eam fuisse perpetuũ  
versatam cum filio, & ei semper assensisse; & ne in  
tempore quidem rerum aduersarũ, nec in passio-  
ne fuisse ab eo separata, quando & Discipuli, &  
amici, & omnes noti, alij quidem, ipso omnino re-  
lictõ, se in pedes coniecerunt: Alij vero cum paulu-  
lum expectassent, negauerunt, ita Metaphrastes:  
Ephrem igitur in lamentatione Mariæ:  
Stans, inquit, apud crucem purissima Virgo, Sal-  
matoremq; in ligno suspensum suspiciens, plagas  
repuzans, inueniens, & ctuos, & quorelas, colaphos,  
ac flagellationem cum grauidis suspirijs, cum fle-  
nti ingenti, exclamauit: Mi fili dulcissime, & quæ  
sequuntur pathetico affectu descripta.

Virginis  
cum Chri-  
sti passione  
vicinitas.  
Ioan. 19.

Luc. 1.  
Virginis  
iuxta cru-  
cem dolo-  
res Patri-  
um assimoni-  
is expli-  
cantur.  
Metaphra-  
stis. Et ha-  
bitur a  
pud Surinũ  
de X. Au-  
gust. 10. 4.

Ephrem.

S. Ambros.

Sophron.

S. Ambrosius de Inuit. Virg. cap. 7. Si abas,  
inquit, ante crucem Mater, & fugientibus viris  
stabat intrepida, spectabat pijs oculis filij vulnera,  
per qua sciebat omnibus futuram redemptionem,  
stabat non degeneri Mater spectaculo, qua nõ me-  
sueret peremptorem, & pendebat in cruce filius,  
mater se persequentihus offerebat. hæc Ambros.  
Sophronius inter opera Hieronymi sermo-  
ne de Assumpt. Beata, inquit, Virgo Dei geni-  
trix, quia in ea parte passa est, qua impassibilis ha-  
betur: ideo (vt ita fatear) quia spiritaliter, &  
atrocius passa est gladio passionis Christi, plus quã  
martyr fuit: vnde constat quia plus omnibus dile-  
xit, propterea & plus doluit, in sanctum, vt animã

eius totam pertransiret, & possideret vti doloris ad  
testimonium eximia dilectionis: qua quia mens  
passa est, plus quã martyr fuit. Nimirum & eius  
dilectio amplius fortis, quã mors fuit, quia mar-  
tem Christi suam fecit. ita Sophronius.

Et Ildesonus serm. de Assumpt. Venerabilis Ildesonus  
lis, inquit, Virgo candidior inter martyres dignè  
pradicatur, eo quod si corpora martyrum pro Do-  
mino supplicia pertulerunt, nihil minus hac ad-  
mirabilis Virgo in anima passa est, teste Domino  
comprobatur: ait enim Simeon, vel Dominus ad  
eam, Team ipsius animam pertransiuit gladius.  
Quod si gladius vsq; ad animã peruenit, quando  
ad crucẽ fletus fugiens, in vultu, cum videret  
Dominũ pendente: etiam plus quã martyr fuit, Virgo plus  
quia in animo nõ minus amoris, quã mortis est: quã mor-  
tantis gladio vulnerata: parata enim fletu, si non tyri nunc  
desisset manus percussoris: Beata Dei genitrix ipse patre,  
plus quã martyr mater est, quia nimio amore  
vulnerata, testis exitus Saluatoris, & pro matris  
in animo cruciatum sustinuit passionis, hæc Ildes-  
onius.

S. Paulinus in epist. ad S. Augustinum, quæ S. Pauli  
est 8. inter Augustini epistolæ explicatione  
quærens illorum verborum Simeonis: Et tuam  
ipsius animam pertransiuit gladius, hæc ait: Nõ  
quid Simeon de passione Maria, qua nusquã scri-  
pta est, hoc propheta se credendum esse: An vero de  
materno eius affectu, quo postea in tempore pas-  
sionis assistens cruci, qua hoc erat fixum quod  
ipsa pepererat, mater norum viscerũ dolore confi-  
xa est: & animam illius illa, qua eus secundum  
carnem filium ipsa spectante confoderat, crucis  
rhombus penetrabat. Video enim in Psalmis de  
Ioseph' ita dictum esse: Humiliauerunt in compe-  
ditibus pedes eius, ferrum pertransiuit animam eius;  
sicut in Euangelio dixit Simeon: Et tuam ipsius  
animã pertransiuit gladius. Non a: carnem, sed  
animam, in qua pietatis affectio continetur, &  
doloris acutus quasi gladius operatur, cum aut  
aliqua carnis sua iniuria afficitur; vt Ioseph, qui  
non mortis, sed iniuriarum perculsi passiones, in  
seruum venditus, & in reum vincula eius, & car-  
ceri datus: aut cum affectionis interna tristitia,  
vel dolore cruciatur, vt in Maria sic Paulinus.  
Cui quaestioni respondens Augustinus Epist.  
59. Tribulationem, inquit, gladius nomine signifi-  
cata esse, credibile est, quo materna anima vni-  
nerata est doloris affectu. Ipse fuit gladius in ore  
persecutorũ, de quo hinc in Psalmo dicitur: Et gla-  
dius in ore eorum. Ipsi enim erant filij hominum,  
quorum dentes, arma, & sagitta, & lingua eorum  
gladius acutus hæc Augustinus.

Ildesonus

Luc. 1.

Berard.

Psalm. 104

Luca.

Bernard.

August.

Psalm. 104

Larym.

ram D.

para v.

*Damaſc.* *Verum ipsa B. Virgo* (inquit *Damaſcenus* lib. 4. fide orthodoxa cap. 15.) quos in partu doloris effugerat, passione tempore sustinuit, ut qua pro materno suo affectu, viscera sibi lacerari senserit. Et dum eum, quem Deum gignendo noraſſet, ut fontem ac facinorosum morte affici conspiceret, intus cogitationibus tanquam gladio discorperetur, atq; ita intelligendum est illud: Et tuam ipsius animam doloris gladius pertransiit: verum resurrectionis gaudium mororem hunc excepit. hxc *Damaſcenus*.

*Anselmus.* *Anselmus de excellent. Virg. cap. 5.* verum inquit, pertransiit animam tuam gladius doloris, qui tibi amarior fuit doloribus cujusvis corporis passionis. Quicquid enim crudelitatis inflicti est corporibus martyrum, leve fuit, aut potius nihil comparatione tua passionis, qua nimirum sua immensitate transfixit cuncta penetralia sua, tuasque benignissimi cordis intima. Et utique pia Domina non crediderim te potuisse illo pacto stimulos tanti cruciatus, quos vitam amiteres, sustinere, nisi ipse spiritus vita, spiritus consolationis, spiritus felicet dulcissimi filij tui, pro quo morientor quebaris, te inuis doceret, non esse mortem eum absummentiam, sed magis triumphum omnia ei subijcientem, quod in ipso fieri coram moribundo videbas hucusque *Anselmus*.

*Bernard.* *Bernardus sermone Signum magnum.* Martyrium, inquit, Virginis iam in *Simonis* prophetia, quam in ipsa *Domnica* passionis historia commemoratur; Verè tuam, o *Beata Mater*, animam gladius pertransiit: alioqui non nisi eam pertransiens, carnem filij tui penetraret. Et quidem postea quam emisit spiritum tuus ille *iesus* (omnium quidem, sed specialiter tuus) ipse plane non attigit animam crudelis lancea, qua ipse (nec mortuo parcem, cui nocere non posset) aperuit latius: sed tuam utiq; animam pertransiit, ipse nimirum anima jam ibi non erat, sed tua plane in deo nequibat aucti. Tuã ergo pertransiit animã vis doloris, ut plusquam martyrem non immerito predicamur, in qua nimirum corporea sensum passionis exceſſerit compassionis affectus. hucusq; *Bern.*

*Bernard.* *Idem Bern. de lamentatione Virginis Marie:* Nec lingua, inquit, poterit loqui, nec mens cogitare valebit, quanto dolore afficiebantur pia viscera *Mariae*. Nunc solus *Virgo* cum usura, quod in partu non habuisti à natura Dolorem, patientia filium, non sensisti quem milles replicatum filio moriente passa fuisti. & infra de lacrymarum ram *Dei*. *Dei* paræ vestigijs, quæ in monumento adhuc para vesti extate dicebantur. Rigabat, inquit, salicibus la-

crymã corpus exanime filij, & monumentum, in quo posuerunt eum, modo mirabili madidabat, ubi & ejus lacryma adhuc apparere dicitur in: cuncta doloris intimi, qui animam ejus tanquam gladius acutus pertransiit. & mox: Non credo plene enarrari, vel meditari posse dolorem Virginis, nisi tantum fuisse credamus, quantum unquam dolere potuit de tali filio talis mater.

3 *Simeon* *Metaphraſtes* loco citato afferens ea, quæ ibi dicit se ex grauissimis Auctoribus accepisse: Mater, inquit, passionis tempore sic in alijs superabat mulierem, ita hic quoq; videtur Plusquam Mulier, quæ ab illo id est *Christo*, minime recedit, sed propius sequebatur, nihil timens quod esset formidabile, non quod tantum matris vinceretur visceribus quam potius diuino induceretur iudicio, adeo ut duas alias *Marias* horſata sit, ut secũ verſaretur. & infra: Sic autè una quoq; ingressa est in atrium *Anna*, & *Caipha*, cer- nes unumquodq; eorum, quæ gerebantur, & apud eam manens dum iudicaretur, una autem proficiscens dum abduceretur ad mortem eorumq; qui ibant, egressus, & ingressus consideras, & omnium ora attendens, ut scire: quam in eum ferretur sententia in cruce quoq; una aderat. Et ideo licet considerare cujusmodi illa esset, quæ hac difficilia cernebat, & molestas, illusiones flagella alas purpura amictum, corona impositione, conuulſam traditione. & infra enumerat, quæ ipsa præſente gesta sunt in *Caluarie* *Monte*: Quomodo sanguinis, inquit, guttus effluentibus non acerbiores lacrymarum aqua ductus fueret ex *Mariae* oculis? Quomodo illum tulit videre in cruce stentem, ipsam, & eos qui aderant aspicientem a spectu benignissimos? Quid verò irrationes? Quid impia trans eunt: eum scommata? Ingratorum subsannatione, & probra eorum, qui circumstant? Quæ quidem omnia eã transuerberabant profundè, quæ ulli elatus, & innumerabilibus quidem plagis sauciabatur stimulus autem confodiebatur innumerabilibus. Hoc verò erat ei molestissimum, quod ad illum quidem accedere, & eũ alloqui stitebat, repellebatur autem à multitudine canum eã circumdantiũ, postea verò cum parricida illi negligenter custodiã, Tunc verissimile est *Dei* param sibi data facultate ad eum accessisse, & antemeritos quidem eius pedes, & impressas ei plagas libenter deosculatam, & sanguine miscentem lacrymas, oculos, & genas astruuisse. & infra ex sententia quorundam virorum piorum dicit *Dei* param sanguinem, & aquam ex *Christi* latere exeuntẽ haurisse reuerenter, & diligenter ita *Metaphraſtes*.

*giam mo- numentis*

*Metaphr.*

*Virginis in spectanda filij cruciatibus constantia.*

*Virgo & Christ lacere sanguinem & euntem.*



*Et aquam servasse dicitur.* Quod quidem habet Nicephorus lib. 1. hist. c. 39. qui addit, vasculo illa excepisse.

*Metaphr. Nicophor.* Neque alicui mirum videri debet id quod Metaphrales venisimile existimat, Deiparam nimirum Christi de cruce pendentes pedes exoculata esse, nam & hoc ipsum affirmat Nazianz.

*Nazianz.* in Tragedia; Christus patiens, ubi Deiparam inducit Christo hæc dicentem.

*Per hos sanctos pedes, quos osculor, Materno amore se nunc misereat mei.*

Neque enim Christi Dñi crux utque adeo præalta fuisse videtur, quin ad eius pedes exoculandos pissima mater pertingere potuerit:

*Bonauent.* *Opinio enim est,* inquit Bonauent. in meditationibus vitæ Christi c. 77. *Crucem Domini, ut dicitur in historijs, quindecim pedes habuisse in altum.*

*Gretferus.* & nos ter Iacobus Gretferus lib. 1. de S. Cruce c. 7. Crucem fuisse quindecim pedum, testatur fuisse traditionem, cui periversioni tempore & publico consensu corroborata, ait non videri temerè contradicendum. & profecto cum Christus illam sibi bajula vent, non videtur majoris fuisse longitudinis: quare hominis statura proceri, & in hac cruce extensi (cujus crucis in altum erectæ, pars infima foraminis, quod adhuc in Calvarie loco videtur, erat infixa,) pedes faciliè osculari quis poterat.

*Joan. 19.* Euthym. in Matt. 27. *Verisimile est,* inquit, tunc Dei Matrem propinquius cruci assistisse, quam reliquas mulieres, in viscerum inflammatione Iudaorum vincante timorem. hucusque Doctorum de Virginis dolore testimonia

*Euthym.* In quibus duo in Virgine Deipara, quæ patenti filio compatiebatur, præcipuè eluxere. Primum dolor ejusdem maximus, alterum in eo dolore perseverando admirabilis Virginis fortitudo, animique constantia, de quibus accuratè nobis in hoc, & proxime sequenti capite agendum erit.

*De quibus agenda.* Et quidem dolorem Deiparæ sanctissimæ in filij passione, cui præsens atque, fuisse vehementissimum, faciliè intelligemus si animum referamus ad virtutem illam, quæ commiseratio, seu compassio super aliena miseria, dicitur, de qua S. Thom. 2. 2. q. 30. ubi eam dicit vocari misericordiam: sed habet compassionis nomine uti, quod affectum animi dolentis super alieno malo, de quo in præsentia agimus, magis exprimitur videatur. hæc porro compassio (ut idem S. Thomas dicit) ex amore proficitur, quo aliquis amicum tanquam se ipsum reputans ejusdem miseriam apprehendit, de eaque dolet tanquam de sua: unde Aristot. lib. 9. Eth. c. 3. inter amicabilia ponit condolere de malo amici sicut de proprio, hic autem dolor in voluntate à ratione regulatus, regulans etiam similem motum doloris in appetitu sensitivo virtus est, quam appellamus misericordiam, estque potissima inter virtutes, quæ ad proximum pertinent, quippe quæ defectibus aliorum subvenit. hæc ex D. Thom. Quare Apostolus omnis pietatis magister inter alia, ad quæ fideles hortatur ad Rom. 12. *Gaudete,* inquit, *cum gaudentibus, & flete cum flentibus* & Bernar. serm. 10. in Cant. Duo ipsorû ubera prælati præsertim vult esse necessaria: *Congratulationem,* ut ipse dicit, *cum gaudentibus, & compassionem cum lugentibus.* & inter cæteras virtutes d. Job ore Dei laudati, compassionis virtus illi non debeat, ita enim de se ipse testatur c. 30. *Flebam quondam super eo qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi:* quæ verba expendens Greg. lib. 10. mor. c. 26. docet: *Plus esse nunquam compati ex corde quam dare, quia vir sanctus apud omnipotentem Deum aliquando magis datum noverat mentis esse, quam numerum,* ita Gregor. ubi enim facultas deest proximum à miseria sublevandi, animo saltem eidem compati debemus. Idem Gregor. Tanso, inquit, *que perfectior est, quanto ejus pietas alienos perfectius sentit dolere* & de ipso Christo Apost. Heb. 4. *Non habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris;* Quare Augustinus lib. 14. de Civ. c. 9 Probat laudabilem esse aliquam tristitiam, quando scilicet procedit ex sancto amore & ejusmodi est hæc, de qua loquimur compassio.

*Dolor Virginis in Christi passione maximus. De virtute compassionis super aliena miseria Thom.* Verum ut ad compassionem animi veniamus, quæ Christi passionem prosecuta est Virgo sanctissima; sciendum est, Christum Dominum mulieribus se ad mortem euntem plangentibus, ac lamentantibus dixisse non flere super ipsum, sed super te, & filios suos, illæ enim quomodo ex pia quadam commiseratione moverentur, ignoscentes tamen mysterium Dominicæ passionis ac resurrectionis, falsè putabant eum non sponte, sed coactum mori, ut qui se à Judæorum manibus non posset defendere, & hunc flentem ex falsa estimatione profectum prohibet Christus, quod indicat S. Leo serm. 10. de pass. *Istum,* inquit, *plangentem sibi Dominus Jesus designatur imped. quia non docens luctum triumphum, nec lamentationem*

*Aristot.* *lib. 9. Eth. c. 3.* inter amicabilia ponit condolere de malo amici sicut de proprio, hic autem dolor in voluntate à ratione regulatus, regulans etiam similem motum doloris in appetitu sensitivo virtus est, quam appellamus misericordiam, estque potissima inter virtutes, quæ ad proximum pertinent, quippe quæ defectibus aliorum subvenit. hæc ex D. Thom. Quare Apostolus omnis pietatis magister inter alia, ad quæ fideles hortatur ad Rom. 12. *Gaudete,* inquit, *cum gaudentibus, & flete cum flentibus* & Bernar. serm. 10. in Cant. Duo ipsorû ubera prælati præsertim vult esse necessaria: *Congratulationem,* ut ipse dicit, *cum gaudentibus, & compassionem cum lugentibus.* & inter cæteras virtutes d. Job ore Dei laudati, compassionis virtus illi non debeat, ita enim de se ipse testatur c. 30. *Flebam quondam super eo qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi:* quæ verba expendens Greg. lib. 10. mor. c. 26. docet: *Plus esse nunquam compati ex corde quam dare, quia vir sanctus apud omnipotentem Deum aliquando magis datum noverat mentis esse, quam numerum,* ita Gregor. ubi enim facultas deest proximum à miseria sublevandi, animo saltem eidem compati debemus. Idem Gregor. Tanso, inquit, *que perfectior est, quanto ejus pietas alienos perfectius sentit dolere* & de ipso Christo Apost. Heb. 4. *Non habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris;* Quare Augustinus lib. 14. de Civ. c. 9 Probat laudabilem esse aliquam tristitiam, quando scilicet procedit ex sancto amore & ejusmodi est hæc, de qua loquimur compassio.

*Cur Christus non fleat super seipsum, sed super te, & filios suos, illæ enim quomodo ex pia quadam commiseratione moverentur, ignoscentes tamen mysterium Dominicæ passionis ac resurrectionis, falsè putabant eum non sponte, sed coactum mori, ut qui se à Judæorum manibus non posset defendere, & hunc flentem ex falsa estimatione profectum prohibet Christus, quod indicat S. Leo serm. 10. de pass. Istum, inquit, plangentem sibi Dominus Jesus designatur imped. quia non docens luctum triumphum, nec lamentationem*

Rom. 12  
Bernard.  
Cant. 4

Job. 30.

Gregor.

Heb. 4.  
August.

Cur Christus non fleat super seipsum, sed super te, & filios suos, illæ enim quomodo ex pia quadam commiseratione moverentur, ignoscentes tamen mysterium Dominicæ passionis ac resurrectionis, falsè putabant eum non sponte, sed coactum mori, ut qui se à Judæorum manibus non posset defendere, & hunc flentem ex falsa estimatione profectum prohibet Christus, quod indicat S. Leo serm. 10. de pass. Istum, inquit, plangentem sibi Dominus Jesus designatur imped. quia non docens luctum triumphum, nec lamentationem



**V**eritatem & infra: *Eugendum vobis planè est filia*  
*Ierusalem non de Saluatore credentium, sed de*  
*impetato. Et temeritate peruenitum, ego cruce*  
*volens pator, mortem in me quam sum pe-*  
*tempurum admittere ibi. At verd à fidelibus*  
*rectè de tua passione, & resurrectionis gloria*  
*sentientibus, qui animo reputant quanta pro*  
*nobis benignissimus Dominus perpeti sit*  
*dignatus, hunc compassionis affectum*  
*Christus exigit, nam & inter pios animi affe-*  
*ctus, qui à Spiritu S. dimanant, etiam iste re-*  
*centetur: Zach. 12. iuxta versionem Septua-*  
*ginta, quam Ecclesia ad nocidum in Missa de*  
*passione vsurpat. Effundam, inquit, super do-*  
*num David, & super omnes habitantes ierusa-*  
*lem spiritum gratia, & miseracionis & aspici-*  
*ent in eum, quem confixerunt, & plangent eum plan-*  
*ctum quasi super unigenitum, & dolebunt super*  
*unigenitum, & dolebunt super eum, ut dcleri*  
*soles in morte primogeniti: in illa die erit plandus*  
*magnus in Ierusalem, & Threno 3. Ieremias in*  
*peritona Christi hortatur animam fidelem*  
*ad gratam memoriam amaritudinum, quas*  
*in passione pro nobis gustauit: Recordare, in-*  
*quit, pauperatis, & transgressionis meae, ably. 111,*  
*& fella: Peccata enim nostra, quae expianda*  
*suscepit, vocat sua: sicut & in Plal 21, 1 Longè*  
*à salute mea verba à iustorum morum, & sta-*  
*tim subnectitur responsio eiusdem animæ fi-*  
*delis: Memoria memor ero, & sabesset in me a-*  
*nima mea: ac fidiceret, prae compassione ex ta-*  
*lium recordatione de ficiat, & David in Plal*  
*68, qui est de passione Domini, in persona ite*  
*Christi cum Patre loquentis: In conspectu, in-*  
*quit, suosunt omnes qui iribulant me, impropiè*  
*aspexerunt cor meum, & miseriam, & sustinuit*  
*qui simul mecum conuulsiatur, & non fuit, qui*  
*consolaretur, & non inueni. Quibus verbis con-*  
*queritur de iudeis tum quia in suis cruciati-*  
*bus impetantes ei insultabant: tum etiam,*  
*quia affectum compassionis animè exhib-*  
*ebant. & d. Thom 3 part. q. 46 art. 6 ad 3.*  
*loquens de Christi doloribus, quibus cor-*  
*pore debemus. Ex inuidentia, inquit, patiens*  
*augetur dolor in eo, inquantum apprehendit nocu-*  
*mentum illarum, ut magis euadit, unde et-*  
*iam & alii magis sunt reprehensibiles, si non*  
*compassionem recundum illud 1sa 57. iustus au-*  
*tem perit, & non est qui recogitet in corde suo,*  
*hac d. Thomas.*  
**S**anctorum  
 exemplo

mas soluerentur. De S. Francisco narrat S. Be-  
 nauent, in eius vita c. 1. Dum, inquit, unâ die  
 rum sic sequatur ad orare, apparuit ei Christus  
 Iesus volute crucis confixus, ad cuius confectum  
 liquefacta est anima eius, & memoria passionis  
 Christi, visceribus coram ipso adeo in profunditate  
 dulcetur, ut ab illa hora cum Christi crucifixio  
 veniret in mentem, via posset à lacrymis & ge-  
 mitibus exortu contineri. & c. 2. Cum lacrymo-  
 si oculis Franciscus ascendere in Dominicam crucem  
 com. & c. 13. in impressione sacrorum stigma-  
 tum: Cum, inquit, compassiua dulcedine Francis-  
 cius in eum tranformatus, qui ex charitatis  
 nimia voluit crucem signi, vno Des apparuit inier  
 alas vntu deraph in effigies homini crucifixi &  
 infi: Latabatur quidem in gratioso aspectu, quo à  
 Christo sub specie Seraphim cecebat se conspici  
 sed crucis affixio compassiua doloris gladio ipsius  
 animam pertransibat, hæc ex, Bonav. Et lib. 1.  
 Chron. s. Franc. c. 86. narratur quod S. Fran-  
 ciscus semel alta voce plerans à quodam in-  
 terrogatus quid haberet ista, inquit, deberem ire  
 per totum mundum sine recedendo plangendo  
 passionem Domini mei. S. Bonav. sæpè medita-  
 tionem passionis Domini ad excitandum er-  
 ga Christum compassionem vehementer  
 commendat, de quo ipse in meditationibus  
 vitæ Christi cap. 74.  
 S. Bernardus serm. 43. in Cant fasciculum  
 myrtha ex amaritudine Domini sibi ad u-  
 bera mentis suæ collocarat. vide Cælium li.  
 8. c. 10. & 11 vbi de quodam Daniele Religio-  
 scribit, illum à Domino sibi apparente donum  
 obtinuisse lacrymarum dum recedatetur  
 passionis Domini, atque ita quando de eadem  
 passione cogitabat aut loquebatur mox lacry-  
 mæ erumpbant & in lib. qui inscribitur Spe-  
 culum humanæ salutis c. 43. refertur de quo-  
 dam relig. os, qui scire cupiebat obsequium  
 aliquod Deo gratissimum, & à Christo in spe-  
 cium magnam crucem baolantis audiuit, ut  
 se iuaret in grati crucis potidere perficendo.  
 hac quidem ratione, Is. orde, inquit, per ere  
 bram recordationem, & compassionem in ore per  
 deuotam gratiarum actionem, in auribus tuis  
 per penitentiam, in oculis in auditionem, in dorso per  
 carnis tue assiduam macerationem hæc ibi.  
 6. Ex his omnibus rectè intelligimus, com-  
 passionis virtutem erga filium dicitur patienti-  
 tem, inter reliquas passimæ Virginis virtu-  
 tes fuisse non vulgarem, immò multis Sancto-  
 bus superasse reliquorum omnium Sancto-  
 rum

qui Christum  
 flebat  
 et  
 S. Francis  
 Bonav.  
 Chron. &  
 Franc.  
 S. Bonav.  
 exempli  
 S. Bernar-  
 di exem-  
 plum  
 Cant. 1.  
 Casarius  
 Exempli  
 cuiusdam  
 Danielis  
 Hic libor  
 aditus est  
 Paris  
 anno 1506  
 Aliud ex-  
 emplum



quam re-  
Sanctoru-  
Bernard.

Rom. 11.

S. Bernar.

Apoc. 12.

S. Bernar.

Albera.  
Mag. apud  
S. Anton.

Cap. 19.

Gratissi-  
mum est  
Virgini  
dolores re-  
colere,  
quibus pro  
Christo est  
affecta.

rom erga ea, quæ comiseratione sunt digna,  
& præsertim erga Christi cruciatus compas-  
sionem, quippe quæ plus omnibus illum di-  
stigebat, & pietatis virtute, quæ alienis mise-  
riis compatitur, reliquis omnibus longè præ-  
stabat. Quare Bernardus sermone signum  
magnum, probans Virginem propter animi  
compassionem maximam, merito dici mar-  
tyrem: Non miremini, inquit, fratres, quod Ma-  
ria martyr in anima fuisse dicitur, miretur qui  
non meminerit se audisse Paulum inter maxima  
gentium crimina memorantem, quod sine affe-  
ctione fuisset, longè id fuit à Maria visceribus,  
longè sit à seruis eius, ita Bernardus, & S. Ber-  
nardinus tomo 1. sermone 61. articul. 2. capit.  
2. Tantis, inquit, fuit dolor Virginis, quod si in  
omnes creaturas, quæ pati possunt, disperderetur, &  
omnes subito interirent. hæc ille, quomodo au-  
tem hoc intelligi possit, non est nostrum lon-  
gius persequi.

Quoniam verò Deipara hoc eximio charita-  
tis actu, quo ingenti animi dolore filii passio-  
nem, ac mortem est prosecuta, præclarissi-  
mum & inenarrabile præmium, ut Theolo-  
gi dicunt, essentialè, & martyrii quoque Au-  
reolam, ut cap. proximo dicemus, est confe-  
cuta: de circo inter duodecim eius privilegia  
per duodecim stellas significata, quæ Apoc.  
12. in corona mulieris igne amictæ visæ sunt,  
meritò S. Bernardus sermone Signum mag-  
num; hunc eius dolorem numerat, quem  
martyrium cordis vocat. & Albert. Magnus  
in lib. de laud. Virg. apud S. Antonium 4.  
par. tit. 15. c. 20. vndecimum privilegium Dei-  
paræ illud fuisse dicit, quia passio Christi fuit  
eius singulariter communicata: Quoniam sola,  
inquit, Beatissima Virgo habuit eo tempore fi-  
dem, & compassionem crucifixi Dei, & hominis,  
& ex compassione patientis per se passionem. Nos  
quoque c. 19. inter duodecim Deiparæ privi-  
legia, & hoc reponimus.

7. Hinc est, quod Deiparæ gratissima est fi-  
delium pietas, quæ dolore eius, quibus pro-  
pter Christum affecta est, religiosa commemo-  
ratione recolunt, cum propter illos, & in-  
figent maternæ pietatis laudem, & eximium  
in coelo præmium sit adeptæ, id quod multa  
satis testantur: primum complures imagi-  
nes, quæ in Ecclesia visuntur, in quibus Dei-  
param in speciem morientis septem vitæ  
Christi mysteria ambiunt, & vulgò septem  
Virginis præcipui dolores appellantur, è qui-

bus septem gladij & cor Virginis ve-  
ctæ petere apparent, quo significatur Matris  
anima doloris gladio iuxta Simeonis vaticini-  
um transfixa, Secundo inter mysteria Ro-  
facii in honorem Christi, eiusque Genitricem  
instituti, secunda Angelicorum salutatio-  
num quinquaginta mysteria passionis Chri-  
sti, quæ eadem materia fuerit compassionis  
Deiparæ complectitur. Tertio, religiosissimi  
Seruitarum ordo, qui hoc præclaro no-  
mine gloriantur, quod se beatissimæ Dei ge-  
nitricis seruos ipso etiam nomine profitean-  
tur, atras vestes, quas Deipara per visionem  
primis eius ordinis institutoribus per quietem  
præmonstravit, in huius virginis merito-  
ris honorem induendas, elegit, quamvis non-  
nullæ aliæ Religiosorum familiæ, ut pote  
Montis Olivæti, & aliæ candentibus vesti-  
mentis in honorem puritatis eiusdem Deipa-  
ræ utantur.

Sed qualis, quantusque in Virgine fuerit  
huiusmodi compassionis effectus, & ex com-  
passione dolor, atque afflictio, id ex amore,  
& conjunctione ad eundem, & ex intima  
rerum cognitione, quæ ad commiserationem  
maximè permouere solent, atque ex ipsius  
Christi cruciatuum magnitudine, & atroci-  
tate eximitari debet. Ut enim maxima sunt  
eiusmodi cognitio, & amor erga eum, cui  
condolemus, atque compatimur, & præter-  
ea tormentorum atrocitas, quam in eodem  
cernimus, ita maximè augetur dolor, qui ex  
amissione, vel læsione personæ, quam dili-  
gimus, & ex compassione erga eandem pro-  
ficiscitur, ut non immeritò in alienæ miseræ  
compassione amor erga eum, cui compati-  
mur, mensura sit doloris. quare Augustinus  
libr. 2. de Civitate capit. 26. Ex carum, in-  
quit, personarum amissione, quæ nobis necessitu-  
dine aliqua sunt coniuncta, tantum necesse est  
uratur dolor, quantum habet amor. sic Augusti-  
nus. Hinc est, quod Græci amorem dixerint  
γλυκύνωρον: hoc est, dulce amarum, quod  
nimium amorem erga rem amatam aliqua  
doloris amaritudo propter eiusdem amif-  
sionem, vel læsionem plerumque consequi  
soleat.

8. At verò quod spectat ad amorem Virgo erga filium  
sanctissimum multis nominibus summa chari-  
tate Christum filium suum prolequebatur: patiebatur  
nam si 1. Reg. 18. Anima Ionathæ conglutinata 1. Reg. 18.  
est anima David, & dilexit eum Ionathas quasi  
animam

Luc. 2.

Compa-  
sionis se-  
cui in Vi-  
gine un-  
detendit.

August.

ex sum-  
amore co-  
patiebatur  
nam si 1. Reg. 18.  
est anima David, &  
dilexit eum Ionathas quasi  
animam

*animam suam quanto maiori amore Deipara  
erga filium sequebatur. ut superiori cap. dixi-  
mus; adeo ut nec triduum tantum illius duodeci-  
mis absentiam absque dolore ferre poruerit.  
Quare ipsa ad se habuit. *le quid fecisti nobis  
sic ecce pater tuus. Et erga dolentes quarebamus  
te. praestitum quia huius filius eius erat uni-  
cus; ac proinde ex illius morte maximus erat  
dolor iuxta illud Ierem. 6. *Luctum vnguenti  
Zach. 12. *fac tibi plantam amarum. & Zach. 12. *Et dolo-  
rum super eum sicut doleris solat in morte primo-  
geniti. Quocirca Augustinus in libri. *Medita-  
tionum c. 7. nostra peccata signatum com-  
memorans, propter quae Christus acerbi-  
simos pertulit cruciatus. post multa cum  
Christo loquens. concludit: *Ego poma dul-  
cedinem tu felles gustas amaritudinem mihi ri-  
dens cogitades. Eum tibus ploratis comparietur Ma-  
ria haec ille.*******

Præterea amor Deiparae erga filium erat  
amor mulieris. quæ ad dolorem sentiendum  
est mollior; & quia simul erat Virgo. adhuc  
amoretat tenerior. præsertim quia ex virgi-  
ne pudore. ac modestia nunquam forte ad  
illum vtque diem suis oculis contuita erat.  
aliquem flagellii caedi. vel in crucem tolli.  
quod primum in filio exerceri vidit; & ideo  
tangiam res in solida compassione digna.  
& in filio respecta. maiori commiseratio-  
ne. ac compassione eius pûssimum animum  
afficiebat. hic vero amor Deiparae mirum in  
modum exercebat. quando filium in tanta  
crucis acerbitate positum vidit ipsius memo-  
riam. de eaque sollicitum curam eius. gessisse.  
Cum nimirum illam praesentem (inquit Hiero-  
nymus contra Heluidium) de cruce Dominus  
iam viduam. ut Matrem commendabat Ioanni  
Ioan. 19. dilecto discipulo. quem et reliquos in obsequium.  
Et in solitudinis solatum.

Compaf-  
sonem  
Virgini  
amor an-  
gebas.

9. illud vero animaduersione dignum vi-  
detur. hanc erga Christum amorem. qui in  
martyribus proprios eorum cruciatus. lenie-  
bat. vel etiam magna ex parte leuabat. in  
Deipara dolorem. qui ex Christi compassio-  
ne proficisceretur. mirum in modum auxil-  
se. quanto enim auctior fuit amoris ma-  
nifestudo. tanto maior facta est doloris accessio.  
sicuti namque valde amarum est eius. quem  
diligis. atrocissima propriis oculis spectare  
tormenta. quod Deipara in Christi Domini  
passione est experta; sic dulce est pro eo. quæ  
diligis. aspera. ac dura pati. quod Sanctis mar-

tyribus accidebat. quare Apostoli. tamen si  
a Iudeis casti ibam Actos. 5. gaudentes & con-  
spicui concili. quoniam digni habui sunt pro no-  
mina Iesu contumeliam pati. & S. Agatha latif-  
sima. & gloriantur ibat ad carcerem & quasi  
ad epulas inuitata agonem suum Domino  
commendabat. Sancti item Marcus. & Mar-  
cellianus. quorum anniuersaria die 18. Ioni  
recolitur. cum essent ad stipitem alligati pedi-  
bus clavis eonfixis. Nunquam inquit. tam  
suscundæ epulas sumus quam hac libenter Iesu  
Christi causa perferimus. in cuius amore nunc  
fixi esse cepimus. utinam tam diu nos hac pati si-  
nat. quam in hoc corruptibili corpore vestis eri-  
mus. Sancto autem Tiburtio Chromatii præ-  
fecti filio. cuius festum in diem vndecimam Au-  
gusti incidit. præter quas Christi causa  
a Fabiano Iudice incedere cogebatur. flores  
videbantur; & sexcenta alia huiusmodi mar-  
tyrum exempla proferti possent. Hoc ipsum  
indicat S. Leo sermone 1. de Sancto Laurentio.  
Flammis. inquit. sua crudelitatis super ar-  
bitraritatis Christi flamma non potuit. senior suis  
igne. qui forte vsit. quam qui inuis accendit. &  
Gregorius horum 3. in Evangelia cum ageret  
de S. Felicitate septem filiorum martyrum  
matris. Neque. inquit. filias. quos carnem suam  
esse voverat. sine dolore poterat morientes videre.  
sed erat vis amoris. interius. qui dolorem vince-  
ret carnis. sic ille.

10. Quod si ad ea. quæ Deipara in filio ag-  
noscebat. quæque ad commiserationem eam  
peculiariter excitabant. animum conuerta-  
mus. ea sanè multa fuerunt. quæ nemo ma-  
gis. quam ipsa Virgo sanctissima cognouit;  
ad huc enim caput spectat. Christi. qui pat-  
tebatur. dignitas infinita; eius in humanum  
genus. & in eos ipsos. a quibus indignum in  
modum tractabatur. amor eximius. & bene-  
ficia præclarissima. eiusdem etiam sanctitas.  
& innocèntia. quod commiserationem au-  
gere ex D. Thoma supra diximus. nemo ma-  
gis. quam Deipara intumè perpendebat gra-  
uissimam Dei offensam. quam patrabant ij.  
qui per summam impietatem Christo ne-  
cem inferebant; quod Virgini ob eximiam  
in Deum charitatem dolorem afferebat ma-  
ximam. Et quemadmodum Virgo sanctissi-  
ma per suam. quæ in eo præcipue commen-  
datur. misericordiam. præclara innumeraque  
in nos miseros. licet indignos. pietatis lux  
beneficia. confert. quanto magis. erga huius-  
modi

Ag. 5.

S. Agatha virgo. & mart. SS. Marc. & Marcell. mart.

S. Tiburt. mart.

S. Leo.

Gregor. S. Felicitas cum septem filiiu mart.

Virginis animum plurima ad commiserationem exercenda.

S. Thom.

filium dilectissimum omni ratione divina, & humana sibi conjunctissimum, & propter tot acerba, quæ innocens pro nobis patiebatur, commiseratione dignissimum, compassionis affectum exhibuit. Cum enim esset mater, quæ sola sine viri consortio eum genuerat, nullum mors filij magis tangebatur, quam ipsam. neque matrem Christi se ostendisset, nisi ad talem tantumq; filium, cuius crudeli carnificinæ præsens interfuit, maternum compassionis habuisset affectum. Hac enim ratione in celebri illo Salomonis iudicio 3. Regum 3. cum duæ mulieres de infante vivo cesu suam esset filius, pertinaciter contendere, illa deprehensa est vera infantis mater, cuius commota sunt viscera super filio suo, quæque ne diuideretur orabat, simulque alterius impudentia est rejecta, quæ audacter dicere non est verita, *Disidatur.*

3. Reg. 3.

Ephram.

Cruciatuum Christi magnitudo.

Luc. 22.

B. Ignat. Loyola in

Illud præterea Virgini dolorem non parum augebat, quod dulcissimæ filij conversationi totos triginta tres annos assueta, qui ei instar omnium erat, jam per eius mortem planè defrutata, & desolata remaneret, id quod egregie expendit Ephræm in Threnis, seu Lamentatione Deiparæ super passione Domini his verbis ex persona Deiparæ ad filium in cruce affixum: *Respice mi fili lacrymas meas, atq; de iustitia mea, ac gemitus, & os tuum aperi. Solatium mihi præbe mi fili: Non enim habeo prorsus tibi, vel caput reclinam: Non alius mihi superest cognatus, pater, vel mater frater, aut soror, qui animum mihi reddant: Tu mihi es pater, tu frater, tu filius: Tu mihi vita, & spiritus spes, atque protectio: Tu mea es consolatio & creatio: Tu Dominus meus, & Deus meus: Tu creator, & opifex meus.* hæc Ephræm.

Cruciatuum porro Christi magnitudinem aliqua ex parte percipimus, si animo reputemus quam multa, quam magna, quam acerba, quam ignominiosa in singulis corporis membris, in omnibus bonis, ab omni hominum genere Saluator noster cum esset delicatissimæ complexionis, & viuacissimi sensus pro nobis perpeti non sit dedignatus, quorum sola recogitatio in illius noctis agone sudorem ei sanguineum, & copiosum in horto expressit, ut guttæ, seu quemadmodum græcè habetur *Ἰσὸμασθῆ*, Crassiores scilicet guttæ, quasi grum fluerent sanguinis decurrentis in terram: unde licet conjicere, ut Beatus Ignatius de Loyola piè contempletus: *Vestimenta ejus*

jam tunc fuisse madefacta cruore, & hæc omnia absque ullius consolationis admixtione, quod in cruce testatus est illis verbis: *Deus Deus meus ut quid dereliquisti me?*

Verum reliquis omisissis, ut atrocitatem supplicij solius crucis (quam Cicero crudelissimum, *saterrimumq; supplicium vocat*) expendamus, præter ea, quæ hac de re gravissimi Auctores in suis contemplationibus, & alijs in libris scripta reliquere, audiamus Senecam, cujus tempestate ad facinorosos mulcandos, frequentissimus erat crucis usus, qui in epist. 101. peracerbam eorum, qui crucifixi erant, conditionem quam sæpe suis oculis spectare illi licuit, ad vivum his verbis describit. *Dum patibulo crucis quis pender destrictus. Quid hujus vitæ est? Diu mori; Vulnus suum premere, Inter supplicia sabscescere; Perire membratim; Toties potius per stillicidia quasi amitteret animam, quam semel exhalare; Quin etiam auctus ad illud infelix lignum jam debilis, jam parvus, & in fœdum scapularum, ac pectoris tuber elisus, trahere animam tot tormenta iracundiam: Hujus siquidem vita supplicij mors est.* hæc ex Seneca. Cujus verba quoniam pressiora, & obscuriora sunt, quam ut facillè ab omnibus percipi possint, plûsq; innuere, quam exprimere videntur, faciendum mihi putavi, ut paucis additis ea latius, ac magis perspicue, paraphrasticos sic efficerem. *Homini corpus in cruce elati, atque ferreis clavis suffixi miserimè jacet erectum, & omnibus artubus pender astrictum, ejus vita mors potius diuturna, atque ærumnosa dicenda videtur; Is enim suspensus è cruce sua se mole deprimit, ac totus incumbit in pondus, quo suum vulnus pressat, & degrauat, ac simul magis acerbat, atque dilacerat: Quin etiam inter supplicia intabescit: Et per omnia membra atque artus sæuiente dolore articulationum conciditur, & intermoritur: Vivo etiam spiritus diuturnam in morte extrahitur, ut stillicidio quasi guttatim diffuere quodammodo videatur: Adhæc in infelicem stipitem adactus, omnibus exhaustus viribus præ cruciatuum atrocitate ex distractione contrahitur, ex contractione distenditur, & distorquetur: jamq; in dolore suum undique conglobatus intumescit, & extubere in tergo, eliditur, & turgescit in pectus, sentire mortem suam cogitur omnium membrorum cruciamenta sensuram: Hujus siquidem vita atrocissimi*

Seneca de scriptis in cruce a-cerbissimè

Paraphra stice redd tur dicta Seneca de scriptis.

Matth. Luc. 22. de trans-garac. mmi.

Cont. 5.

1. Cor.



ejssimi supplicij, & calamitossima mortis diuturnitas est.

Ex quibus perspicuum relinquitur mœrorem Virginis fuisse grauissimum. & intimo animi sensu innocentissimi filij cruciatus defleuisse. neque id mirum videri debet: quæ enim sublimius alijs exaltanda erat ad Regnum cum Christo: ita præ alijs passionis Christi amaritudinē degustauit vberime, iuxta illud, quod filijs Zebedæi petentibus dextram & sinistram Christi in Regno dictum est Matth. 20. *Posestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum.* & veluti colūba, quæ alijs omnib<sup>9</sup> simplicitate bonorum operum fecunditate præstabat, ad perfectissimam cum Christo transformationē inuitatur ab eodem in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ, in vulneribus nimium suis.

12 Ceterum quamquam Deipara nulli mortalium comparanda est in dolore commiserationis, qua afficiebatur erga Christum, sicuti nemini conferenda est in amore, quem mensuram esse diximus compassionis, & doloris, attamen hunc Virginis dolorem ex collatione aliorum exemplorum, quæ in sacris literis legimus vtconque consicere licebit. nam si ad eod<sup>m</sup> graue fuit S. Petro Apostolorum Principi Christum vnice diligenti eundem audire suam passionem discipulis generatim prædicentem Matth. 16. vt propterea contumelias (vt verbis vtar S. Leonis) passionum, & crudelissima

morsis opprobria, religioso, vt putabat, & libero fultido respueret, & quasi indignum id reputans non sine animi ab hoc abhorrentis commotione responderet, *Absti à te Domine, non erit tibi hoc: quare à Christo grauius est reprehensus illis verbis, Vade post me Satana, scandalum es mihi, quia non sapias ea, quæ Dei sunt, sed ea quæ hominum: Quanto fuit grauius quantoq; acerbius, quod sanctissimæ accidit Dei genitrici, cui ead<sup>m</sup> in filium, qui Cant. 5. *Est rotus desiderabilis, charitate flagraret incredibili, eandem spectare passionem, singulorumq; cruciatuum monumenta compassionis trutinâ coram expendenda fuerunt.**

13 Quod si Agar in solitudine Bersabeæ Genes. 21. à filio suo Ismaele procul recessit, & fleuit. *Non videbo*, inquit, *morientem puerum* (quanquam protinus ab Angelo præsentis necessitati opem experta est) Si multitudo mulierum sequentium Christum cum ad Caluariæ montem duceretur, etiam si nihil cognatione ad Christum attinerent, plangebant, & lamentabantur eum, quasi vt ipsis videbatur magna commiseratione dignum, vt pote corona ipinea redimitum, & flagellis, ac alijs percussionibus malè acceptum ad atrocissimam mortem nimia etiam militum importunitate sollicitatum properantem.

Si Iacob existimans filium suū Ioseph præ ceteris dilectum à fera pessima deuoratum, scifilis vestibus, & cilicio indutus lugebat illum multo tempore, tametsi superstitis vndecim haberet filios, congregatisq; reliquis filijs, ad Patris dolorem leniendum, noluit consolationem accipere, vt habetur Gen. 37. Quo tandem doloris sensu materna Virginis viscera torquebantur, cum filium suum vnigenitum siti afflictum in tot cruciatibus morientem conspiceret, & cum eius esset vera mater non auditione tantum vt Iacob, sed suismet oculis vnicum filium à fera pessima, à morte nimirum acerbissima deuorari intueretur, nec licebat ei opem aliquam illi ferre, non vulnera allegare, non caput deuexum atque deciduum sustentare, non sitienti potum dare, non morientem osculari? *Qualis* (inquit Bonauentura c. 37 meditationum vitæ Christi) *erat anima matris, cum sic pœnosè videbat filium deficere, languere, lacrymari, & mori.* Et S. Brigitta lib. 4. Reuelat. capit. 70. refert à B. Virgine sibi dictum ex aculeis spinæ coronæ infixis plurimos riuos sanguinis defluxisse per Christi Domini faciem, & crines, & oculos, & barbam repleuisse, vt

quasi

Reuelati. S. Brigitta de acerbitate cruciatuum Virginis.

Ex dolore Agar. Gen. 21.

Ex dolore Iacob. Gen. 37.

Bonauentura. S. Brigitta reuelatio de eodem.

T

quasi nihil nisi sanguis videretur: Nec ipse, inquit, me astantem cruci videre potuit, nisi sanguine expresso per ciliorum compressionem. hæc S. Brigitta, quæ etiam sermone Angelico cap. 18. expendit illud 1. Reg. 5. de vxore Phinees, quæ audiens arcam Dei captam expirauit: qualis fuit dolor Virginis, quæ filij sui corpus, quod per Arcam figurabatur, inter clauos, & crucem detineri videbatur vnde concludit se ex speciali Dei dono non fuisse præ dolore mortuam. hæc ibi.

**Ex dolore matris Tobie iunioris.** Tobie iunioris mater filij absentiam non ita tandem diuturnam ægerimè sustineas, propterea quod die statuto non reuenteretur: Flebat (vt verbis vtr sacri libri Tobie cap. 10)

**Tob. 20.** *irremediabilibus lachrymis, atque dicebat, Heu, heu me fili mi, vt quid te misimus peregrinari lumen oculorum nostrorum, baculum senectutis nostra, solatium vita nostra, spem posteritatis nostra: omnia simul in te vno habentes, te non debuimus dimisere à nobis. sic illa. Et 2. Regum*

**Ex dolore David** 19. David audita nece Absalon filij, quamuis scelestissimi, & de se pessimè meriti, præ dolore operuit caput suum, & clamabat voce magna: *Fili mi Absalom Absalom fili mi, & cap. 18. flens dicebat: Quis mihi tribuat, vt ego moriar pro te Absalom fili mi: nec tamen vide-*

**2. Reg. 18.** *rat eum de quercu suspensum, & tribus lanceis in corde transfixum. Ex his igitur lachrymis matris Tobie, & David, filios in dissimili casu ita lugentium (si causas mæroris expendamus) absque vlla proportionem longè plures, longèq; grauiores in Virgine facillè inueniemus, vt propterea mirandum non sit Simeonem sen-*

**Luc. 2.** *tem ei prædixisse gladium non superficie tenus, sed pertransitum eius ipsius animam, quasi ad intima vsque penetraturum. Ad hoc idem ostendendum afferam, quod S. Gregorius 1. 1. moral. capit. 9. quamuis aliud spectans, refert de duabus cytharæ chordis ad proportionem quandam ita attemperatis, vt vna percussa, altera sponte respondeat: Hi, inquit*

**S. Gregor. Sympathia vis exemplor. duarum cythararū** *Gregorius, qui chordarum harmoniam temperant, tanta hanc arte dispensant, vt plerumque cum vna tangitur longè alia, ac multis interiacentibus posita chorda quatiatur, cum ista sonitum reddat, illa que in eodè conatu temperata est, aliis impercussis tremat. hæc Gregorius. Quod si in ijs, quæ sensu vitæ que carent, tanta consensionis vis est, quam Philosophi græcè sympathiā vocant, tantaq; efficacia rectè colligimus propter maximū sympathiæ consensū,*

atque similitudinem, & conuenientiam, quæ tum in naturalibus, tum etiam in donis gratuitis Virgini interesset cum filio, ex ipsius passione ad eam acerba dolore, ac compassione, in matre præfertim coram omnia insperante, quam maximam esse excitatam, vt meritò in illa celebri, & recepta prece, quam nonnulli tribuunt S. Gregorio, (vt refert S. Antoninus 3. par. histor. tit. 2. c. 3. §. 12.) dicitur.

*Stabat mater dolorosa  
lucta crucem lachrymosa  
Dum pendebat filius;  
Cuius animam gementem,  
Contristantem, & dolentem  
Pertransiit glaciis.  
O quam tristis, & afflicta  
Fuit illa benedicta  
Mater vnigeniti.  
Quæ marebat, & dolebat,  
Et tremebat, cum videbat  
Nati penas incliti.  
Quis est homo, qui non fletet  
Christi matrem si videret  
In tanto supplicio.*

24 Rupertus in Cantica cap. 2. **MARIA**, inquit, fuit lilium inter spinas, quia quacunque spina filium, eadem Matrem confixurum, & incurrerunt vulneribus condolentia, & compassionis, & sicut filius spinas perculit, & confregit, sic de Matre veracior semper predicabitur, Cunctas hæreses interemisti. sic Rupertus. Et eundem sicut lilium inter spinas, ita Deipara inter filij tentationes, & tribulationes vigeat. Bernardus de Lamentatione B. Virginis: *Stabat, inquit, ego videns eum, & ipse me, & plus dolebat de me, quam de se. & infra: Vulnera Christi mortis erant vulnera matris dolentis. sic Bernardus. Virgini igitur Deiparæ illud Threnorum 2. conueniri potest: Cui comparabo te, vel cui assimilabo te filia Hierusalem. & infra: Deique quasi torrentem lachrymas per diem, & noctem, non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui: & quidem in tanta afflictione posita tali filio crudelissima, & ignominiosissima morte perempto, multò melius dicere poterat ex Bonaventura c. 3. in spec. illud, quod Ruth. 1. dixit memoratur, Noëmi orbata marito, & filijs naturali morte extinctis: Ne vocassis, inquit, me Noëmi, id est, pulchram, sed vocato me Mara, id est, amaram, quia amaritudine valde repleuit me omnipotens; & illud Thren. 1. O vos omnes, Thren. 1. qui*

*Maria nomen inter-pretatur, quod inter alia amaritudinem sonat.*

qui transit per viam, attendite, & videte si est dolor sicut dolor meus: Hæc Virginis amaritudo maxima, Mari, quod amarum pariter, & immentum est Thren. 2. assimilatur dum dicitur: Cui exaquabo te, & consolabor te filia Sion; magna est enim veluti mare contritio tua, quis meretur tui; Hanc quoque amaritudinem nomen ipsam Mariæ præferebat; sonat enim, Dominam maris, vel stellam, seu illuminaticeam maris, vel Smyroam græcè, latinè myrrham maris; vel denique amarum mare, quemadmodum cap. 4. ex S. Hieronymo de nominibus, in Exodo, sed magis in Mattheo diximus, Maria enim apud Hebræos nomen est dissyllabum, & pronuntiatur MIRIAM, ac posterior syllaba IAM, mare significat; sed prior syllaba multipliciter derivari potest, & ideo multiplex est, ut diximus, huius nominis etymologia. & quidem in qualibet interpretatione semper sonat Mare, quod amarum est; & præterea in vna illarum amarum mare, & in altera maris myrrham, quæ propter amaritudinem illi insitam vim habet mortuorum corpora à corruptione præteruandi.

15 Et S. Bonaventura in speculo B. Virg. c. 3. pulchre hanc amari maris etymologiâ explicat, dicitque Virginem fuisse amarum per filij compassionem. Similiter S. Bernardus Senensis in 2. tom. ser. 2. de gloriofo nomine Mariæ egregiè eandem Virginis amaritudinem in passione declarat. Esant præterea in Virginis mente tres veluti conflictus, ex quibus colligere possumus animæ eius statum. Primus dum reputabat Christi innocentiam, & simul omnia hominū peccata, pro quibus satisfacere Christus volebat: & ex alia parte eius tormenta ad satisfaciendum acerbissima; videbat enim Virgo hæc excedere mensuram illorum: cum enim posset Christus vna stilla sanguinis pro omnibus cumulatifimè satisfacere; elegit tamen tam rigorosam satisfactionem, ut copiosa esset redemptio, ita ut meritò Christus illud lob dicere potuerit: *Vinam appendentur peccata mea; quæ scilicet expianda in me suscepi* quibus tram merus; & calamitas, quam pastor, quasi arena maris hæc grauior appareret. *Isaie vero 40. Suscepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis.* Et Sanctus Thomas 3. p. q. 48. art. 2. rationes assignat cur passio Christi non solum sufficiens, sed etiam superabundans satisfactio fuerit pro hominum peccatis, præsertim propter dignitatē vitæ, quam pro satis-

factione posuit, quippe quæ erat vita Dei, & hominis, & propter magnitudinem charitatis & propter magnitudinem doloris assumpti. ita ex Diuo Thoma, & hoc augebat Virginis erga filium compassionem, Secundus conflictus inter Virginis compassionem erga filium dicitur patientem, quæ dolebat, ita ut gladius animæ eius pertranfret, & inter voluntatem diuino beneplacito maximè conformem, quæ lætabatur de fructu ex passione filij consecuturo, nimirum de gloria diuina, & hominum salute, quæ ex passione resultabant. Tertius inter dolorem Virginis acerbissimum, & constantiam eiusdem inuictam; vnde stabat Mater dolorosa, sed intrepida, dolore interit acriter Virginis viscera torquente.

16 Propter hunc Virginis moerorem Chrysofomus in mysterio sanctissimæ passionis Domini duplex altare contemplatur, Passionis vnum, in quo Christi corpus in cruce per passionem offerebatur, Altcrum in quo anima Martis per compassionem transfigebatur: cum enim amor ex D. Thoma 1. p. q. 78. art. 2. vim habeat, ut amans videatur esse in amato quasi idem factus amato; Virgo per amorem in filium transformata, melius quàm Apostolus dici poterat: *Viuo ego iam non ego, vixit verò in me Christus*; quæ etiam posuerat sibi Christum ut signaculum super cor suum, iuxta illud Cant. 8. Sicuti ergo characteres & figuræ sigilli in ceram transfunduntur, ita & Christi vulnera atque cruciatus in cor Mariæ nullumque verberum ictum, nullum spinarum aculeum, nec vulnerum plagam recipiebant Christi corp⁹, cui tristis echo in corde matris per compassionem non responderet. Propterea August. *Christ⁹ Iesus inquit, carnem, Maria, Virgo immolat mentem.*

In Reuelationibus S. Brigit. lib. 6. c. 36. S. Agnes dixit quasi tot ictus gladij Virginem sustinuisse per compassionem, quot in filio suo vulnera, & plagas præuidebat, & videbat. Adde lanceam Christi mortui, sed cor viuum Mariæ per compassionem transfixisse, quod rectè anima duertit Bernardus supra citatus: Imò horum duorum dolores se mutuo augebant, Christus enim in dulcissima Dei genitrice cruciatus suos inspectante, grauius patiebatur, quod ipsum Virgini dolorem augebat. Quem admodum in duobus speculis videmus accidere, quæ si è regione sibi opponantur plerasque imagines, sui que reflexus mutuo efficiunt, ita ob filij cruciat⁹ dolebat Mater Matris dolore.

*Secundus inter suam compassionem, & cum diuino placito conformatiōnem.*  
*Tertius inter dolorem acerbissimum, & eius constantiam.*  
*Chrysof. In Caluaris duplex altare passionis Christi, & compassionis Virginis.*  
*S. Thom.*

*Cant. 8.*

*August.*

*S. Brigitta*

*Dolor Christi & virginis per compassionem se mutuo augebant exempla ex duobus speculis.*

corripiebatur Christus, Christi dolore corripiebatur Mater: dolebat enim Mater suum dolorem doleri à filio; dolebat contra Christus suum dolorem doleri à Matre: ita denique alter suo dolore alterius dolori mutuo respondebat, ut in plurimos uterque dolores exardescere: & quanquam in nobis quippe parvo, & imbecilli ingenio tam multi reflexus locum fere non habeant, sed ad primum fere cōgressum finiri, atque deficere soleant; tamen ut perspicacissima est intelligendi vis, atque intimè, quicquid obicitur penetrat, ita plurimi emanent reflexus necesse est. Quare in Christo Domino ac sanctissima eius Matre propter excellens utriusque ingenium, & præstantissimam intelligendi virtutem, in numerum longè majorem reflexus ejusmodi excreverunt. Et S. Brigitta lib. 1. Revela. cap. 35.

3. Brigitt.

Ego, inquit B. Virgo, stabam vicinior cruci eius, & sicut hoc gravius pungit quod vicinior est cordi; sic dolor eius gravius erat, et a ceteris mibis cumque respexisset ad me de cruce, & ego ad eum de oculis meis quasi de venis lachryma exiebant, & cum ipse me cerneret dolore confectam tantum amaricabatur de dolore meo, quod omnium dolor vulnorum suorum erat quasi sopitus sibi pro dolore meo, quem in me videbat: propterea audacter dico, quia dolor eius erat dolor meus, quia cor eius erat cor meum. hæc S. Brigitta.

Ex hac compassione Virginis plurimum utilitatis ad nos pervenit, nam Carthusianus in Cant. 7. art. 24. Virgo, inquit, compassione præcordialissima in filij sui passione meruit, & obtinet nobis pauperibus, & pusillis fructum, virtutem, & meritum passionis filij sui. sic Carthusianus.

Ex hac compassione Virginis quæ utilitas ad nos dimanat. Carth.

VIRGINEM DEIPARAM OB DOLORIS GLADIUM, qui in Christi passione eius animam pertransiit, Martyrum præmium assecutam, eaque de causa diem Sabbati illi dicatum, insignis quoque eius constantia tempore Dominicæ Passionis, cui omnium primæ Christus ab inferis redivivus apparuit.

C A P V T X I.

Virginem decus Martyrum & plus quam Marij esse antioritate. & rationibus comprobatur. Bernard. Soporon. Ildesons. Bernard. Richard. Anselm. Ratio Sophronii. Ildesonsi. & Bern.



PROPTER summum in Christi passione Virginis dolorem factum est, ut Ephraem oratione de Deipara, Decus martyrum eam vocet. & Bernardus sermone signum magnū, inter duodecim stellas coronæ Virginis receniat martyrium cordis eius. & Sophronius sub nomine Hieronymi sermone de Assumpt. Ildesonsus sermon. 2. de Assumpt. Bernardus loco citato. Richardus in 3. dist. 33. articulo. 4. quæstion. 6. ad 4. & alii, Virginem plusquam martyrem appellare non dubitent, quod etiam insinuat Anselmus de excellent. Virg. cap. 5. in P. vel. B. Brigittæ lib. 1. cap. 25. loquitur C. ad Matrem, Testimonium, inquit, perhibeo tibi, quod tu in passione mea plus fuisti, quam martyr, & hoc quidem tum quia ex Sophronio, Ildesonso, & Bernardo reliquorum Martyrum dolor in carne longè minor fuit, quam Virginis in anima, quam totam pertransiit, & possedit vis doloris, anima verò spiritualis cum sit, acutior etiam

doloris sensu afficitur, tum etiam, quia ex Anselmo martyrum præstantia hoc elucet, quod corpus pro Christo fortiter prodigant, exponendo illud doloribus, cruciatibus, & neci, sed cum dolor, qui ex amissione alicuius rei proficiscitur, a motu respondeat, quo eandem rem prosequimur, ut cap. superiori dixi, nullus martyrum ita vitam propriam, sicut Virgo sanctissima vitam filij dilexit, quare ex filij nece maiorem, quam illi ex propria dolorem perfenit. Sanctus Antoninus 4. parte titulo 15. cap. 24. §. idem sentit ac probat eleganti ratiocinatione. Dationi, inquit, anima debetur aureola martyrii, ergo dationi pretiosissima anima, & dilectissima debetur pretiosissima aureola martyrii: sed beatissima Virgo dedit pretiosissimam, & dilectissimam animam, id est, vitam filij, ipsa enim in infans cum plus dilexit animam, id est, vitam filij, quam B. Petrus animam, id est, vitam sui ipsius: fuit etiam pretiosissima vita filij, cum pretium fuerit totius mundi; ergo & habet pretiosissimam aureolam martyrii. Alia ratio, dolor nascatur ex amore, ut quantum qui plus amat tā-

Anselm. Aug. Phil. S. Antonius Ratio car. Deipara debetur Aureola Martyrii. Anselm. Albi.